

Cox 1<sup>a</sup> or 3<sup>a</sup> -



D. D. HIERON.  
**DE OROZ,**  
IVRISCONSULTI,  
DE  
**APICIBVS**  
IVRIS CIVILIS.



DE  
APICIBVS  
IVRIS CIVILIS  
Libri Quinque,

IN QUIBUS FERÈ DVO MILLIA TEXTVVM

Eiusdem latis, vel ex Professo nouiter explicantur, vel ex aliqua  
speciali nota obiter illustrantur.

AUTHORE

D.D. HYERONIMO DE OROZ.

I.C. BVRGVETENSI IN REGNO NAVARRÆ COLLEGII  
Maioris Sanctæ Crucis in Pinciana Academia olim clamide purpurato, in eadem  
Vniuersitate Institutionum, postea Clementinarum, Digesti veteris, Sexti, &  
Vespertinæ Canonum Cathedræ Moderatore: Nunc verò in percelebri Pinciano  
Senatu Consiliario Regio, & acerrimo criminum Vindice Fiscali.

*Opus sanè duplici fertilissimo Indice, altero Legum, quæ in toto Volumine enodantur, alterò  
denique Rerum, quæ accuratè obseruantur locupletatum.*

NUNC PRIMVM IN LUCEM PRODIT.

*es de D. Thome  
Garcia Serrano de  
Samaniego*



LUGDVNI.

Sumpt. Phil. Borde, Laur. Arnaud, & Cl. Rigaud.

M. DC. LXI.

CVM APPROBATIONE ET SIGNATVRA





ILLVSTRISSIMO HEROI,

Et toto orbe celebratissimo Viro Iurisprudentiæ sine Æmulo Principi

D. D. IOSEPHO GONZALEZ,  
IACOBÆ MILITIÆ STEGMATE  
RVBRICATO, A CONSILII MAGNI N. PHILIPPI IV.

Eiusdemque sub Augustæ Cancellariæ folio Pinciano olim acerrimo Fiscali, indèque idem obeunti munus in Curia Carcerem enecto, nunc in Regio Castellæ, & Cameræ Senatui Hispaniæ Oraculo, Supremo Sanctæ Inquisitionis incorruptæ Fidei conseruatori, & in Regij Ærarij fidelissimo Consilio Præfidi vigilantiss. Postremò verò in Indorum Consilio Præfidi meruissimò.

SALVT. ET ÆTERN. FELICIT.



VERITATIS communis, & fallax scriptorum credulitas (Illustrissime Princeps, Domine colendissime) veteres Iuris Interpretes tam admirabili diligentia, ingenii que facultate omnia pertractasse, vt nihil nunc à nobis scitè, & sapienter dici possit nisi illud repetamus, quod prius ipsi dixerunt. Sed meo iudicio miserrimè labuntur: cedit

enim omnibus Deus pro virili portione sapientiam, vt et inaudita inuestigare possent, et audita perpendere. Nec quia nos illi temporibus antecesserunt, sapientia quoque antecesserunt: qua si omnibus æqualiter datur, occupari ab antecedentibus non potest. Illabilis est tanquam lux, et claritas solis: quia vt Sol oculorum, sic sapientia lumen est cordis humani. Quare cum sapere, id est veritatem querere omnibus sit innatum, sapientiam sibi adimunt, qui sine ullo iudicio inuenta maiorum probant, et ab aliis pecudum more ducuntur. Docta enim non sunt omnia, quæ à doctissimis viris proficiuntur: nec humanæ imbecillitatis conditio patitur ad eò perfecte vnumquemque scribere, vt nihil vnquam prætermittat, & nunquam à veritate aberret. Quare ita Iurisprudentiam pertractare ca pi, vt ex alieno iudicio pendere nollem nisi eius, qui præter vanam nominis ostentationem, rationis potissimum authoritatem præferret. Deinde alia etiam honestissima causa me ad hoc impulit: nam cum non solum ex voto, sed etiam ex debito isti quinque Libri de Apicibus Iuris, tibi, quasi numini suo, consecrandi essent, inuerecunda certè, & indecora voti, & debiti exolutio futura foret, si tantum Veterum documenta mutato solum Authoris nomine persoluerentur ex eo quod nihil soluat, minusque voueat qui de alieno patrimonio ad exsoluendum præripit: Vnde cum nollem vt obiciente aliquo in me retorqueatur illud Poëtæ dictum:

*Aluisticum largitorem te Sixte facimus,  
Qui tua ne tantum des aliena rapis.*

Paucissima in hoc opere reperies, quæ nouiter excogitata à nobis non sint,

Laet. Fic-  
mian. diu.  
iust. lib. 2.  
cap. 8.

Anton.  
Fab. in  
Epist. ded.  
cat. lib. 1.  
comell.



# DE APICIBVS IVRIS CIVILIS. Liber Primus.

*QUEM TOTVM OCCVPAT TRACTATVS  
insignis, de Regula Catoniana.*

## CAPVT PRIMVM.

De Authore Regulæ Catoniæ, De diffinitione Regulæ in communi  
Et quare dicatur Titulus, *ff. de regulis iuris antiquis.*

### S Y M M A R I V M.

- 1 *Marcus Porcius Cato multos libros scripsit.  
Ex illis libris multos sibi vindicauit eius pater.  
Extat in Pandectis Catois Tractatus de diuidiis,  
& indiuidiis stipulationibus.  
In testimonium adducitur Cato à varijs Iuriscen-  
sultis.  
Catois integer tractatus de regula Catoniana in  
Pandectis.  
Eius tractatio nona commendatur.  
Cato consularum gessit cum Lucio Valerio anno ab  
urbis condita 555.  
De utroque Catone plura remissiuè.*
- 2 *Diffinitio Regula in communi, & de varijs regule  
diffinitionibus remissiuè.*
- 3 *Vnde prouenerunt nomines regule iuris antiqui  
Quare in ff. dicatur titulus de regulis iuris antiquis  
Quid significet verbum, olim, media iuris prudentia,  
iuris civile, antiquitas, ueritas, iuris anti-  
quum, &c.  
Iuriscensulti quare nominentur veteres?  
Quare constitutiones Principum dicantur introductæ  
post ueritas leges.  
An nomine ueritatis simpliciter significatus ll. 1. 2.  
tab.*



**C**etero lib. 1. de Orat. ait, Marcum  
Porcium Catonem, Catois senioris  
filium, multos egregios libros de Iuris  
scientia scripsisse. Idem constat ex Gell.  
lib. 12. cap. 18. ex quibus patet eius  
multa sibi vindicasse testante Pompon. l. 2. ff. de orig.  
D. Liberandus Orat., de Apicib. iur. cin.

iur. Extat adhuc in Pandectis eius de diuidiis, & indi-  
uidiis stipulationibus disputatio in l. 2. §. 1. Cato  
1. ff. de uerb. oblig. 2. In testimonium adducitur à Pau-  
lo in l. §. 1. ff. de solut. matr. ab Ulpiano in l. 1. de  
Oblig. ff. de adu. edit. à Cello in l. 1. de uerb. oblig. 2. §. 2.  
& Cato 1. ff. de P. S. à Iuliano in §. 2. apud Catoem 1. 2.  
Inst. de adu. Juliano in l. 86. Iuliano Catoniam  
vocat. ff. de cond. & dem. Baldum, de regul.  
Caton. iugred. Et de scriptis eius supra est ad huc in  
ff. integer titulus de regula Catoniana ad legata, &  
hereditates pertinent, quem cepimus explicare: Ad-  
ducendo nouiter plura uerissima, quorum contraria locu-  
tione apud omnes tunc Interpretes fuerunt sine contrari-  
etate. Ille Marcus Porcius consularum gessit cum  
Lucio Valerio, anno ab urbe condita 555. ut attestat  
tit. Carol. Sigon. in fact. Consular. & triumph. Roma-  
nar. tom. 1. anno 558. De utroque Catone tam patre,  
quam filio, qui plura desiderauerit, uideat Plutarchum  
in uita utriusque Catonis, & Valentinum Proferum de  
his, iur. cin. Rom. lib. 2. cap. 19. Aurelium Victori-  
um de uita illustrib. urb. Roma. in uita Marcus Porcius  
Catonis, num. 67.

Regula dicta est, eo quod uelle dicit: nec aliquando  
aliterum trahit. Alij dixerunt regulam dictam, uel quod  
regat, uel quod normam recte uiuendi præbeat, uel quod  
distantem, præuiguet quid corrigat. Verba sunt tex-  
tis in cap. regula dist. 3. Aliiter diffinitur in l. 1. ff. de  
reg. iur. Regula est (inquit) una rem, quæ est, inuenit  
emarrat; una ut ex regula ius sumatur, sed ex iure,  
quod est regula fiat. De Regula diffinitione de uarijs  
circa eam questionibus, uide Gechofredum dist. l. 1.  
& gloss. in rub. de reg. iur. in 6. Broncott. de res. iur. in  
dist. Baldum, dist. lex. l. 1. Non est enim ex instituto  
A nastro